179 BAS Y GALCERÁN, N., *Theatrum jurisprudentiae*, Cap. 45, num. 61: His tamen minime suggestibus tendum est, quod etiam si major creditorum pars fuerint chyrographarii, et minor hypothecarii, poterit major chyrographariorum pars *indicias* quinquennales concedere in praejudicium minoris partis hypothecariorum, dummodo creditum verum habeant, prout est textus expressus, l. final. Cod. qui bonis cedere possint, ibi: Nulla quidem differentia inter hypothecarios, et alios credidores quantum ad hanc electionem observanda.

caeteris creditoribus quod adereant dicta concessioni, et inconsequentiam dictum Sola liberandum fore et esse a carceribus in quibus hodie ad instantiam Caroli Murcio et Blasi Botasii detinetur ut latius in dicta supplicatione continetur. Et attento quod de dicta concessione dictarum induciarum octo annorum respectu dicti Isach Poncet satis sufficienter constat cum chirographo in processu exhibitio manu propria illius subscripto, et quod dictus Poncet creditor sit in maiori quantitate dicti Johannis de Sola quam supra nominati, Johannes Carolus Murcio et Blasius Botacio constat ex duobus instrumentis per dictum Johannem de Sola in favorem dicti Poncet firmatis in processu exhibitis, et ex assertiones crediti dictorum Caroli et Blasii deducti et praetenti actu compонendo per ipsos facto sub die 29 mensis Augusti proxime praeteriti, et pro parte illorum non fuerunt talia deducta praetenta aut allegata propter quod debeat declarari aliter quam ut infra. Idcirco et alias deliberationem et conclusionem in Regio Consilio sumptam insequendo Pronuntiamus et declaramus praefatum Johannem de Sola gaudere debere dictis induciis octo annorum per praelibatum Isach Poncet ei concessis ita ut intra dictum tempus libere commerciaris possuit et a dictis creditoribus vexari vel molestari minime valeat et neutram partem in expensas condemnamus¹⁸⁰.

Frente a este criterio jurisprudencial, la doctrina foral del reino de Valencia mantuvo, siguiendo los principios del *iuris commune*, *major creditorum pars nequeat minori praejudicare parti si fuerint hypothecarii*¹⁸¹.

180 A.R.V. Sig. 13.612. Caja 106.

181 BAS Y GALCERÁN, N., *Theatrum jurisprudentiae*, Cap. 45, num. 60: *Sed qui tenendum erit, si major pars creditorum inducias quianquennales concedentium, fuerint chyrographarii, minor vero pars negantium, hypothecarii: videtur enim in hoc casu majorem partem non posse inducias concedere in praejudicium minoris partis. Primo quia major pars creditorum, non potest praejudicium affere minori parti creditorum hypothecam habentium, quando agitur de praejudicio inferendo in exactione debiti, ut ex textus apertus, in l. rescriptum II ff. de pactis, ibi: Haec enim omnia in his creditoribus, qui hypothecas non habent conservanda sunt. Secundo, quia ubi agitur praejudicio creditorum, non sufficit quod major pars creditorum ostendat creditum per confessionem solam debitiris factam in privato chyrographo, imo similia credita praesumuntur simulata, et fraudulenta, et chyrographa non alium finem conscripta, quam fraudandi creditores, ... Ergo creditores chyrographari qui solo nintuntur chyrographo, et ejus recognitione a debitori facta, non videntur habere creditum verum, et sufficiens ad hoc ut in praejudicium creditorum hypothecariorum, inducias quinquenales concedere possint,... Tertio, quia in nostro Regno videtur specialiter hoc stabilitum, cum in foro 16 rubrica De pactis, statuitur, cautum habeatur, quod major creditorum pars in quantitate, ut diximus, possit praejudicium inferre minori parti respectu concedendi debitori tempus, et*

La consecuencia jurídica de este orden de prelación era que una vez acordada la dilación en el pago de la deuda por la mayoría de los acreedores, a ésta se habían de someter la minoría de los mismos, no pudiendo verse molestado el deudor, ni en su persona ni en sus bienes¹⁸².

SENATUS SENTENTIA publicata per Alreus, die 10 novembris 1623, inter Petrum Corbera, et Isacum Ponset.

Et quia in praesenti causa non agitur de remissione partis debiti inter creditores sed de concedendis induciis sive moratoria Petro Corbera Gallo, dierum majoris, et constat Isach Ponset esse creditorem illius in quantitate tercentarium quinquaginta novem librarum cum instrumento recepto per Michaelm Orta notarius residuis majoris summae et Ludovicus Prats mercator sexcentarum sexaginta librarum cum instrumento recepto per Francisco Cordero notarius in die 9 Maii labentis anni pariter restantium ex maiori quantitate cum expressa bonorum hypotheca et ita in cumulo et... quantitate debiti mayores creditores quam Franciscus Baset quem tantum esse creditorem praefati Corbera in quantitate centum sexaginta librarum partes fatentur et ita non posse impedire conventionem initam per illos in viam iuris dicendum est. Idcirco et alias deliberationem et conclusionem in Regio Consilio sumptam in sequendo pronunciamus sententiam et declaramus induciis per tempus quatuor annorum concessus per dictos

modum solvendi debita, et in foro subsequenti 17 ejusdem rubrica quod major creditorum pars non possit minori parti praejudicare, quando minor pars tacite, aut expresse hypothecam habet in debitoris bonis, sed solum quando hypothecam tacitam, aut expressam non habet; num. 62-64: ..., quod major creditorum pars nequeat praejudicare minori creditorum parti hypothecas habenti,... quod major creditorum pars nequeat minori praejudicare parti si fuerint hypothecarii, cum in remissione debiti, certum de jure sit, non esse potentem majorem creditorum partem contra minorem partem pro creatis hypothecas habentem,... Et hoc procedit etiam si major creditorum pars remittentium fuerint hypothecarii, nam non praejudicabunt minori parti creditorum hypothecariorum in remissione debiti,...

182 IRANZO, J. J., *Praxis protestationum*, Cap. 60, num. 23-24; BAS Y GALCERÁN, N., *Theatrum jurisprudentiae*, Cap. 45, num. 66. *Concessis, et obtentis quinquennalibus induciis a majori creditorum parte, nequit minor creditorum pars etiam dissentiens, aut ignorans concessionem, aut aliquis creditor non conveniens, molestare debitorem, sed stare tenentur resolutioni majoris partis, et praejudicati ex illa resolutione remanent..., neque posse creditores minores in quantitate, intra dilationem quinquennalem, molestare debitorem, neque executionem contra illum facere in bonis, neque in persona, carcerando illum... Et quod durante induciatam tempore, non possit minor creditorum pars non consentientium, aut creditor aliquis, facere executionem in bonis, aut persona debitoris... Et quod durante induciarum tempore debitor carceribus mancipari non debeat...*

Isach Ponset et Ludovicum Prats mayores creditores praedicti Francisci Baset de jure procedere, et concordie et conventioni per illos factae teneri stare dictus Baset prout cum praesenti parere jubemus et quod intea quatuor annos dicto Corbera concessus jussit dictus Baset exigere annu olim partem sibi spectatem, quemadmodum et ceteri creditores praedicti exigere iusterunt (iubemus) et neutram partem in expensis causae condemnamus sed pro bistractis executionem fieri mandamus¹⁸³.

SENATUS SENTENTIA publicata per Alreus, die 12 maii 1625, inter Sebastianum Lacomba, et Petrum Negre, et alios.

Et quia Sebastianus de La Comba et Jacobus Tricaud mercatores supplicatione per eos posita die 12 mensis Aprilis proxime lapsi currentis anni exponuerunt concessisse inducias quinquennales Petro Negre et Joanni Carrera tanquam maiores creditores in quantitate illorum, intra quas promisserunt nullam eis molestari in ferre nec in bonis nec in personis aliosquem creditores noluisse firmare in dicta concessione et sic supplicant ut iuberetur ceteris creditoribus praedictorum Carrera et Negre quod adhæreant... in ea se suscribant et attento quod instrumento in processu exhibito recepto per Franciscum Guzman notarius sub die sexta currentis satis sufficienter constat de concessione dictarum induciarum quinquenalium et pro parte Hieronymi Sebria villae Gandiae cui notificata fuit tam dicta supplicatio per praelibatos Tricaud et Lacomba posita quam alia praetensa per eos in processu nihil in contrarium fuit ostentum dictum nec allegatum unde meritis processus per partis venit declarandum ut infra. Idcirco et alias deliberationem et conclusionem in Regio Consilio sumptam insequendo Pronuntiamus et declaramus praefatos Petrum Negre et Joannem Carrera gaudere debere dictis induciis quinquennalibus per memoratos Sebastianum de la Comba et Jacobum Tricaud eis concessis cum dicto instrumento de super calendariato ita ut intra dictum tempus quinque annorum libere commerciari possunt et aliis creditoribus nec vexari nec molestari valeant et neutram partium in expensis condemnamus¹⁸⁴.

No obstante esta regla general, que reconoce que lo acordado por los acreedores mayoritarios perjudica a los minoritarios, al no poder éstos reclamar sus

183 A.R.V. Sig. 11.258. Caja 91.

184 A.R.V. Sig. 11.743. Caja 94.

créditos, tiene, en el Ordenamiento foral, y en la discrecionalidad del monarca¹⁸⁵, diversas excepciones:

BAS Y GALCERÁN: *Sed contra doctrinam a nobis adductam obstante forus 57 De jure emphiteotico¹⁸⁶, et forus ultimus curiar. anni 1552. Quibus cautum reperiatur, quod etiam si major pars creditorum transactionem fecerit, aut aliam quamlibet conventionum cum debitoribus, non praejudicet minori creditorum parti, imo quilibet ex creditoribus qui non assenserit conventioni, possit libere suum exigere creditum, prout etiam declaratum exitit¹⁸⁷.*

Finalmente la doctrina, ante las numerosas lagunas legales que sobre esta institución presentan los *Furs*, nos informa sumariamente del procedimiento a seguir en los distintos tribunales de la Real Audiencia de Valencia.

Las *inducias*, en la praxis foral valenciana, se obtenían cuando el deudor, “por los infortunios de los tiempos”, o por las pérdidas económicas, no podía acudir a dar pronta satisfacción de sus créditos, pactando, con la mayor parte de sus acreedores, la concesión de un plazo dilatorio de cinco años con el que poder hacer frente al pago de los créditos. Una vez alcanzado dicho acuerdo, los acreedores acudían ante un notario, y, en presencia de varios testigos, declaraban la concesión del mencionado periodo dilatorio. Reconocida notarialmente la dilación, el deudor presentaba una instancia ante el juez ordinario, o, en su defecto, ante la Real Audiencia, para que se declarase que la menor parte de los acreedores

185 BAS Y GALCERÁN, N., *Theatrum jurisprudentiae*, Cap. 45, num. 68: *Aliter erit si transactio facta fuerit inter credidores alicujus debitoris etiam censualistas circa modum exactionis crediti, vel exigen- do minorem redditum, aut alio modo, et fuerit super transactione decretum Regis interpositum, nam si con- vocati fuerint omnes credidores legitime ad transactionem faciendam, etiamsi aliqui credidores, aut minor illorum pars, in transactis non convenerit, obligabit illos transactio a majori parte creditorum facta, quam- vis minor pars hypothecas generales, aut speciales pro creditis habuerint.*

186 FURS 4,23,57: *E com encara se pogués dir que la major part dels crehedors hi consentissen o fahesen composició o avinència alguna ab los obligats dels dits censals o violaris, los altres creedors havents censals o violaris non n'haguen en lurs execucions torb o empatxament alcú ne aguesen per força seguir la avi- nència de la major partida, ne d'açò, senyor, vós o lo senyor duch o vostres oficials los puxats forçar. E si lo contrari era fet e.s fabia, que no valgués, ans fos nul.le; e si ja són atorgats o atorgades, sien hauits per revocats e per revocades e per no fets, axí que no hajen valor.*

187 BAS Y GALCERÁN, N., *Theatrum jurisprudentiae*, Cap. 45, num. 67.

IX CONGRESO INTERNACIONAL XII IBEROAMERICANO DE DERECHO ROMANO
EL DERECHO COMERCIAL, DE ROMA AL DERECHO MODERNO

debían respetar la espera concedida, sin que, durante el plazo otorgado, pudieran solicitar la ejecución de sus bienes, ni su encarcelación por razón de sus créditos:

*In nostra praxi conceduntur induciae, facto et conscripto instrumento publico coram Notario, et testibus a majori creditorum parte, in quo creditores, dicentes misertos esse infortuniis debitoris, concedunt dilationem supradictam quinquennalem. Quae quidem confirmatio in nostro Regno fit, proposito libello in tribunali superiori, aut coram ordinario, petendo, exhibita concessione iudiciarum, quod declaratur minorem creditorum partem stari debere concessioni induciarum, et quod interim non detur locus, ut execu-
tio fiat in debitoris bonis, aut persona¹⁸⁸.*

IV. APÉNDICE DOCUMENTAL

Procedemos a aportar algunos ejemplos documentales que atestiguan la vigencia que esta institución alcanzó, no sólo en ámbito normativo y doctrinal, sino en la práctica jurídica valencia entre los siglos XVI y XVII.

SENATUS SENTENTIA publicata per Joannem Daza, 22. Maii 1625, inter Blas Casal y Martinum Piquer, contra Domum Professam Societatis Jesu

Atento quod presens causa est appellationis interposite per Blasium Cassals et Martinum Piquer a provisione facta per gerentem vices generalis Gubernatoris urbis et Regni contra illos et in favorem sindicis et procuratoris domus professe societatis Jesus urbis qua revocatis provisionibus antea factis in favorem dictorum Blasii et Martini provisum exstitit illos admitti non posse eo tunc ad miserabile cessionis bonorum auxilium ex quo non erant in carceribus detenti et quia dubitabatur an ageretur de emptione et venditione bonorum mobilium vel susceptione custodie illorum vulgo comanda et an susceptio custodie esset casus privilegiatus ad impediendam cessionem bonorum et an eo uti possem fide iusso res alio existente venditore et haec omnia requirebant altiorem

188 BAS Y GALCERÁN, N., *Theatrum jurisprudentiae*, Cap. 45, nums. 89-90; SALGADO DE SOMOZA, F., *Laberynthus creditorum*, Pars II, Cap. 30, num. 73; ANTÚNEZ PORTUGAL, D., *Tractatus de donationibus*, Tom. 2, Part. 3, Cap. 41, num. 92.

indaginem in facto et in iure ut latius in prefata provisione continetur. Atento deinde quod secundum rationis naturalii scriptura dispositionem cui conformam forus primus titulo de his qui bonis cedere possum beneficium cessionis bonorum prodest debitoribus ne indicati mitantur seu detrudantur in carcerem et sic antequam existant incarcерibus eo uti possunt cum sit remedium preservatum ad illos vitandos melius quae sit in tempore occurrere quam postdam num illarum remedium querere. Atento ulterius quod ex instrumento recepto per Paulum Pereda notarium die 2 Aprilis anni 1621 producto per sindicum dicte domus proffesse et cui is innititur operte liquet quod eum Jacobus Monpeo deditis vinum ad vendendum Josepho Piquer sutori et Joanne Anne Esteve coniugibus et post multum tempus emersum facto calculo inter eos remanssens debitores quantitatis in dicto instrumento contente promisserunt illam soluere modo et forma ibi permisis quorum obligationi tunc accesserum dicti Cassals et Piquer de obligando simul et in solidum cum dictis coniugibus ad soluendum dictam quantitatatem indeque infertur nec dictos coniuges fuisse emptores dicti vini nec susceptores custodie illius sed parepositos ad illum vendendum et multo minus dictos Cassals et Piquer qui negotiationi praedicte non interfuerunt quin imo quando dicti coniuges fuissent vel emptores vini vel suscepissent custodiam illius quos ambigitur ad huc dicti Cassals et Piquer quorum fidem non fuisset (...) in contrahendo dicti Mompeo sed multo prop finita iam negotiatione se obligarunt ad soluendum quantitatatem reliquatam non remanssissent privati dicto beneficio cessionis bonorum cum fori regni non loquantur generaliter de debitoribus ratione emptionis mobilium vel susceptionis custodie expresse relative et limitative ad ipsos emptores et susceptiores custodie respective qui fidem contractus possea non ferent ac proinde nullatenus in illis possunt comprehendendi si de inssores qui pro contractum perfectum ex inter nollo se obligarunt pro emptore vel custodiari suspiciente maxime in hac materia odiosa et stricte intelligenda. Idcirco et alias deliberationem et conclusionem in R. C. sumptam insequendo pronunciamus sententiamus et declaramus dictis Blasio Cassals et Martino Piquer competentum dictum beneficium cessionis bonorum illoque funier gaudere posse sed quod teneantur prestare iuramentum a foro stantum beneque appellatum proposse illorum ac male iudicatum per dictum sindicem a quo cum dicta provisionem quam revocamus et neutram partium in expensis condemnamus¹⁸⁹.

189 A. R. V. Sig. 3.725. Caja 238.

SENATUS SENTENTIA publicata per Joannes Daza, die 26. Novembris 1636, inter Antonium Baldo, Notarium, et Franciscum Deça Cevallos, Militem.

Quia per Antonium Baldo notarius supplicatione oblata die 2 octobris prope lapsi fuit facta cessio bonorum et supplicatum eam sibi admitti eiusdem beneficio liberari a regiis carceribus in quibus detinere ad instantiam Francisci Deça Cevallos iuris consulti pro credito quantitatis trecentem librarum ad cambium ab eo acceptae ut latius in dicta supplicatione referente. Et quia cessionis bonorum remedium introductum est ad carcerares vitandos et praedictum creditum non ex his est quae huiusmodi effectum non admittunt et adversus dictam instantiam nulla fuerunt probata pro parte dicti Francisci Deça cum quo dum taxat fuit haec lis prosequuta quae intentioni dicti actoris possint obstare. Ideo et alias deliberationem et conclusionem in S.R.C. sumptam insequendo pronuntiamus et declaramus praedictam bonorum cessionem de iure procedere et locum habere admittendamque fore et esse uti cum presenti admittimus et ratione dicti crediti non posse in carceribus detineri praedictum Anonium Baldo sed esse ab eis liberandum ut liberari iubemus praestito per eum solito iuramento iuxta forum et neutram partium in expensis condemnamus¹⁹⁰.

SENATUS SENTENTIA publicata per Alreus, die 13. Martii 1587, in favorem Petri Mallols, Contra Didacum Ferrer

Et quia presens causa est nullitatem et appellationis dictorum et interposita per Petrum Mallols a sententia contra ipsum lata et in favorem Didaci Ferrer per ius viriarum in civilibus presentis civitatis et sub die et mensis februarii proxime lapsi, et meritis tam per eis intimis quam appellationis procesus attentis, res latet credimus quod pretendit dictus Petrus Mallols et dicto Ferrer, descendere ex pretio rei seminaris vendita dicti Didaco Ferrer per dictum Mallols ac per consequens privilegiatum per foros et privilegios presentis regnis, taliter quod cesio bonorum facta per dictum Didacum Ferrer ei sufragare non possit ad evitandos carcerales in quibus detinetur. Idcirco et alias pronuntiamus sententiam et declaramus iuris bene fuisse per dictum Iustitiam iudicatum cum dicta sententia, et bene ab ea per dictum Mallols appellatimus et de nullitatibus

190 A. R. V. Sig. 5.450. Caja 248.

dictis revocantes pro vis cum presentis eam revocamus, mandantes quod dictus Didacus Ferrer detineatur in dictis carceribus captus pro observatione fororum presentis regnis, tandiu et quo usque integre soluerit creditum pretium dicto Mallols, hoc tamen promiso quod dictus Mallols praestet alimento fromis et aqua dicto Didaco Ferrer justa fori formam, no obstantibus in costeati in pretensis et allegatis et renunciam partem in expensis et demperamus¹⁹¹.

SENATUS SENTENTIA publicata per Alreus, die 24. Octobris 1607, in favorem Melchioris Figuerola contra Poncium De Vi

Quoniam Pontius de Vi mercator instrumento recepto per Antonium Joannem Pomar notarium die 12 Martii 1605 confessus fuit debere Melchiori Figuerola militi qui dicitur domini baroniae de Naquera septem mille centum septuaginta quinque dragmas beticos ex pretio trecentarum et quinquaginta cupparum sive bozadas quod pretium eidem solvere promisit diebus Nativitatum Domini annorum 1606 et 1607. Tunc primo ven... et cum pro dicto debito fuisse carceribus ... dictus Pontius de Vi ad instantiam procuratoris dicti Figuerola ut excarcerationem obtinere posset fecit cessionem omnium suorum bonorum coram gerente vices generalis gubernatoris in presenti civitate et regno. Per quem fuit lata sententia declarando dictum Pontium de Vi ut posse detineri in carceribus ad instantiam suorum creditorum ex quo fecerat dictam concessionem a qua sententia procurator dicti Figuerola domini (qui dicit) de Naquera appellavit. Et quia inter partes ut die dictatus imo ex dicto instrumento constat, debitum dicti Pontii de Vi procedere ex pretio bonorum mobilium; pro quo iuxta foros presentis regni debitor debet detineri captus donec illud soluerit, quo casuus prodest beneficium cessionis bonorum ad obtainendum excarcerationem. Licet enim regulariter debita cedens bonis ut debet in carceribus detineri, hoc tamen ut procedit ubi debitum est eius qualitatis suo quo nedum debet (...) mancipari sed etiam ni eis detineri donec solvat. Idcirco et alias conclusionem et deliberationem in S.R.C. sumptam insequendo pronuntiamus sententiam et declaramus, dicta cessionem bonorum factum per dictum Pontium de Vi ut ei prodesse ac obtainendum excarcerationem in occurrenti casus imo ea ut obstante

¹⁹¹ A. R. V. Sig. 759. Caja 26.

esse detinendum in carseribus donec soluerit et beneficio appellationis revocamus dictam sententiam et neutram partium in expensis condemnamus¹⁹².

SENATUS SENTENTIA publicata per Joannem Daza, die 20. Decembris 1612, inter Franciscum Porta, et suos creditores

Quoniam meritis utriusque processus optime inspectus ac diligenter examinatis aperte liquet debitor propter quae Franciscus Porta carceribus mancipatus fuit non... a foro regni privilegiata. Ita ut eis non solutis debitor in carcere detineri possit sed esse debitor communia quae nullo modo excludunt miserabile beneficium cessionis bonorum unde jure consequitur sententiam latam ac promulgatam per locumtenentem in officio gerentis vices generalis gubernatoris huius regni in favorem eiusdem Francisci Porta et contra illius creditores ad quorum instantiam ille fuit in carcerem coniectus die 13 mensis novembris labentis anni... justam jurique ac rationi et foris regni valde conformeri ob quam causam deducta ac proposita per memoratos creditores nulla ratione convinciunt nec suadent revocationem illius circo. Ideo et alias deliberationem et conclusionem in S. R. C. sumptam insequentes pronuntiamus ac declaramus bene fuisse per dictum locumtenentem Gubernatoris judicatum et non jure ipsis calenda... appellatum et quatenus opus sit illam confirmamus ea tamen modificatione addita quod pro debita observacione privilegis Regi Jacobi ante excarcerationem praefacti Francisci Porta fiat preconium quod in praedictis cessionibus bonorum ad illorum omnimodum validitatem fieri consuevit ac idem Serenissimus Rex sancivit et partem subcumbente in expensis condemnamus taxatione in posterum reservata restituimus partem et causam dicto Gubernatori qui praedictam sententiam debita executioni mandatio¹⁹³.

SENATUS SENTENTIA publicata per Joannem Daza, die 22. Augusti 1618, inter Sebastianum Forner, contra Joannem Burgada

Jesuchristis salvatoris nostri eiusque sacratissimae virginis matris Mariae nominibus humiliter imploratis ... pateat evidenter et sit notum quod nos Philipus dei gratia Rex

192 A. R. V. Sig. 5.905. Caja 60.

193 A. R. V. Sig. 1.267. Caja 223.

Castellae Aragonum Regionis utriusque Sicilis Hierusalem Portugalis Croacia Dalmacis Navaruae Granadae soleti Valentiae et pro sua Maiestate.

Nos Don Jacobus Ferrer miles ordinis et militis Sancti Jacobi de la spata Becenis vices generalis Gubernatoris presentis civitatis et regni Valentis Locum tenens et capitaneus generalis in dicta et presente civitate et regno in vacanti. Visa imprimis supplicatione coram nobis et in Sacregiam audiencia oblata per Joannem Bergada die vigesimo sextimo Junii proximo praeteriti presentis quamvis Millesimi sexcentesimi decimi octavi suplicando inter alia instantiam per dictum supplicantem cum dicta supplicatione factam contra Philippum Valero et Sebastianum Forner ad hanc regiam audientiam eocari et committi uni ex magistratis Doctoribus illius qui eam iuxta forum expediāt visis evocatione regia commissione facta nobili Don Melchiori Sisternes dictae regiae audientiae Doctori provisso et commissione virtute dictae provisionis expedita. Visa supplicatione oblata per Franciscum Joannem Vilanova notarium publicum procuratorem dicti Forner die decimo octavo Julii proxime lapsi et huius anni Millesimi sexcentesimi decimi octavi regia commissione provisione et relatione intimarum. Visa provisō de constituendo procuratore facta ad supplicationem dicti Vilanova notarium dicto nomine die XX Julii MDCXVIII et relatione intimis. Visa scriptura posita per dictum Bergada et per Franciscum Barnabeu Ribes syndicū villa Muriveteris die XXI Julii MDCXVIII provisione et relatione intime. Visa actu comparendi facto per dictum Vilanova notarium dicto nomine die XXX Julii MDCXVIII et relatione intime. Viso mandato deponendis processu et actis super tota causa provisio ad supplicationem dicti Vilanova notarium dicto nomine die primo presentis mensis Augusti et anni MDCXVIII et relatione intima. Visis omnibus instrumentis per partes huic inde in presentis processu exhibitis. Visis denique videndis et attentis attendentis nihil de conferentibus ad huiusmodi causam obmittendo auditis artibus ad plenum de his qua verbo et scriptis dicere et allegare soluerunt omnipotentem deus per oculis nostris habentes eiusque Sacro Sanctis evangelis coram nobis propositis et eis reverenter inspectis ut de divino vultu nostrum recensis prodeat iudicium et oculi mentis nostra iustitiam et equitatem cernere valeant hocque die sententiae prolationi constituto quemiterum ad cautelam ad id cum presenti assignamus ipsam sententiam servimus in modum sequentem.

Attento quod ad supplicationem Joannis Bergada in medicina doctoris et in regiis carceribus detentus Sebastianus Forner chirurgus villa Muriveteris, occasione quod dictus Bergada locum tenens iustitiae dictae villa in anno Millesimo sexcentesimo undecimo rescripsit ad iustitiam villa de Vinaros, setutum esse vel idoneum curiae emptorem

accepisse a dicto Forner in execuzione, quam Cosmas Ferrer dicta villa de Vinaros instabat et prosequebatur contra dictum Forner, in iuris subsidium directam dicto Bergada locutententi iustitis in dicta villa Muriveteris pro quantitate triginta librarum de principali et missionibus, et finita dicta execuzione cum dictus Forner inventus esset non soluendo, quia bonis in quibus executio fieri posset, carebat dictus Bergada pro eo soluit dicto Ferrer previa ratione septuaginta libras quinque solidos et sex denarios, prout ex aphoca in processu per dictum Bergada exhibita colligitur. Attento in super quod dictus Forner ad vitandum carcerem seu ab illo sciscimendum, cessit bona in favorem dicti Bergada et Philippi Valero eius subrogati in dicto locum tenentis iustitis officio supplicatione, oblata per Franciscum Joannem Vilanova notarius ipsius procuratorem die decimo octavo Julii proxime lapsi. Attento denique quod licet dictus Bergada praetenderit, dictum Forner dicto cessionis bonorum beneficio gaudere non posse, quia debitum cum dictum Forner contractum erat processum ex contractu emptionis per curiam facto et eodem privilegio suffultum quae quidem praetensio iure minime vittitur, cum soluta per dictum Bergada dicta quantitate absque ulla iurium translatione vel cessione, fuerit sublata omnis obligatio, et consequenter dicta emptio iuris et eius privilegium, ita ut non remanserit alia actio contra dictum Forner, nisi simplex creditum actione utili negotiorum gestorum. Quare in dubium non venit sepe nominatum Forner dicto beneficio cessionis et relaxationis bonorum a iure introducto gaudere posse et debe re et quod in contrarium deducta non sunt talia propter quae non debeat declarari modo inferius exprimendo. Idcirco et alias conclusionem et deliberationem in regio concilio sumptam in sequendo pronuntiamus sententiamus et declaramus dictum Forner dicto cessionis bonorum beneficio gaudere et iuravi debere, eiusque favore liberandum fore a dictis regiis carceribus non obstantibus in contrarium praetensis et neutram partem in expensis condemnamus¹⁹⁴.

SENATUS SENTENTIA publicata per Joannem Daza, die 20. Novembris 1626, inter Colegium Divi Pauli Societatis Jesu, et Thomam de la Porta

Et quia inter partes Thome de Laporta conductoris Molendini... vinarii et terrarum Collegii societatis Jesus in... contendentium inconfesso est dictum Thomas conduxisse... Molendinum et terras ac exceptio praefisse conductionis remansisse et esse obnoxium

194 A.R.V. Sig. 2.380. Caja 230.

soluere quam plurimas quantitates dicto collegio et cum pro illas exactione curia ad domum dicti Porta accessisset et in ea nulla reperta fuissent bona mobilia ex quibus dictum debitum soluere posset et ob hanc causam in carceribus mancipatus extitisset ut ab eis liberetur ad flebile remedium cessionis configit et illius beneficio ne dum postulavit ut in pristinam libertatem reponeretur verum reluctantem et contradicente syndico dicti collegii fuit ita declaratum cum sententia lata in curia Gubernationis Urbis et Regni die 3 Mensis Januarii proxime lapsi a qua pro parte dicti syndici fuit appellatum et de nullitatibus dictum. Et attento quod iuxta forum Regni styllum in eo in concusse observatum debitor praetii conductionis sive arrendamenti aliquorum bonorum... praetium integrerit non soluerit et transmissa curia ad illius domum resertus fuerit non soluendo debet in carceribus captus detineri donec soluerit, quo in casu per cessionem bonorum minime potest a carceribus liberari nec obligatio fideiussorum et cum principale debitore in solidum colligatoris etiam si adversus illos ne quam fuerit instanta executio liberat debitorem adversus quem actum fuit et in vinculis positum ut ab eis extrahatur. Idcirco et alias deliberationem et conclusionem in Regio Concilio sumptam in sequendo Pronunciamus sententiam et declaramus quod dictum Thomam de Laporta in carceribus mancipatum ex causa et debito preambulo praetii conductionis et arrendamenti dictorum Molendini et terrarum minime ob cessionem bonorum per eum factam ab eis esse liberandum nec extindendum, sed in illis fore et esse detinendum quounque integrerit dictum debitum soluerit, et inconsequentiam beneficio nulletatum et appellationis dictarum ut interpositae per praelibatum syndicu dicti collegii revocamus praecalendictam sententiam in dicta Gubernationis curia latam contra eum et in favorem dicti Thomae de Laporta et neutram ex partibus in expensis condemnamus¹⁹⁵.

SENATUS SENTENTIA publicata per Alreus, die 5. Julii 1625, inter Bartholomaeum Cubells, et Josephum Liñan

Quoniam supplicatione oblata per Bartholomeum Cubells villae de Algemesi die 23 Maii prope lapsi fuit facta cessio bonorum et supplicatam quod ex admissa et prescripto iuramento et facta obligatione liberet a carceribus ut latius in dicta supplicatione continetur quae fuit notificata seu intimata Josepho Liñan cum quo fuit lis prosecuta. Et attento quod a foro et iure proditum est remedium cessionis bonorum ad vitandos carseres et quod deductat et allegat pro parte dicti Josephi Liñan ad illam impugnandam

195 A. R. V. Sig. 3.850. Caja 239.

nullatenus ipsum iurare possunt cum in debitori ex causa cambiis competere . Idcirco et alias deliberationem et conclusiones in regio consilio sumptam insequendo pronuntiamus et declaramos dictam cessionem bonorum procedere et de iure locum habere atque ita admitendam esse sicuti cum presenti admittimus et consequenter dictum Bartholomeum Cubells non posse detineri in carseribus ad instantiam dicti Josephi Liñan sed ab eis liberandum fore sicuti cum presenti liberari mandamus prestito tamen prius iuramento et facta obligatione per dictum Cubells iuxta fori formam et neutram partem in expensas condemnamus sed pro bis tractis executionem fieri mandamus¹⁹⁶.

SENATUS SENTENTIA publicata per Cases, die 6. Novembris 1634, in favorem Ludovici Prats, mercatoris, contra Ferdinandum Barrera

Quia Judicium Civile per Ferdinandum Barrera mercatorem in hac S.R. Audientia civili incohatum super moratoria ut asserit ei concessa per maiorem creditorum partem et prossequutum impugnatum re per Ludovicum Prats mercatore qui adhuc noluit dictae moratoria non potuit tollere eidem Ludovico actionem criminalem quam contendit habere adversus dictum Barrera, nec impedire quod illum non potuerit criminaliter accusare in hac S. Regia Audientia criminalis praetextu decoctionis et aliis decausis in accusatione enarratis praecipire cum dictus Prats reus sit in dicto Civili Judicio et tamquam reus illud defendit quo casu de iure potest (...) actionem criminalem sibi competentem deducere. Idcirco et alias sua (...) insequendo vota Nobilium auditoriae ac presentis concordes fuerunt providet et declarat dictam accusationis criminalis causam per nominatum Ludovicum Prats in dicta Regia Audientia criminali positam adversus sepe dictum Barrera in dicta regia audientia criminali traitandam et terminandam fore et esse non obstante judicio civili in dicta Regia Audientia civili super viribus dictae moratoria incepto ad dicti Ferdinandi Barrera instantiam et petitionem et instrumentum¹⁹⁷.

SENTENTIA REGIA publicata per Don Joannem Daza, die 3. Septembris, anno 1609, inter Joannem Sesse, et Lucam Gombau

Quia Gabriel Domenech Baptista Montagut et Vincentii Ferrer Cosiorum maceratores ut credidores Joannis Sesse sutoris petitione coram Bajulo Generalis huins Regni die

196 A. R. V. Sig. 11.800. Caja 95.

197 A. R. V. Sig. 2676. Caja 204.

12 mensis Decembris anni proxime lapsi 1608 oblata praenominato Sesse quinquenale spatum indulgentes postularunt ut caeteri illius creditores minores in cumulo debiti et in numero personarum compellerentur ad concurrendum eum illis in preadicta dilatione quinquenali in beneficium eiusdem Sesse debitoris concessa, Animadverso quod ex fori Regni decreto, et iuxta rationis naturales scripta placita facultas concedendi debitoribus huiusmodi inducias quinquenales eis creditoribus qui in cumulo et quantitate debiti et in numero personarum ampliores erunt secure tribuitur, ita ut caeteri creditores quamvis praedictae dilationi quinquenali non consenserint eam tamen impedire nequeant. Et cum meritis huius processus ac causa diligenter inspectis sufficienter doceatur praelibatos Domenech, Montagut et Ferrer esse ampliores creditores praememorati Sesse in dicto numero personarum et in quantitate debiti quam Lucas Gombau cosiorum macerator qui memoratae dilationi unice contradicit quippecum tantummodo ei debeat sepe nominatis Sesse quingentas dragmas beticas, et memoratis Domenech, Montagut et Ferrer plusquam centum et quinquaginta libras monetae Valentiae. Propterea iure constituendum est praedictum Gombau cogendum esse ut commemoratae quinquenali dilatio consentiat. Perpenso demum quod licet praelibatus Gombau contendat praefatam moratorium nullo modo ei nocere potuisse quod illius creditum sit contractum ex venditione bonorum mobilium cui a foro Regni privilegium concessum est, ut debitore non invento soluendo, captus manere debeat donech illud excluderit. Ceterum eum ex Legis aut fori dispositione, in his induciis quinquenalibus indulgendas nec hypotheca nec supradicti privilegii ratio haberi debeat, proinde concessio dictae dilationis facta a maiori parte creditorum praefatum Gombau ligare ac comprehendere debet. Idcirco et alias conclusionem et deliberationem in regio Consilio factam insequendo, Pronunciamus et declaramus dictumque Gombau condemnamus ad confitendum in dicta quinquenali dilatione per commemoratos creditores in beneficium eiusdem Joannis Sesse concessa atque elargita ita ut durante praedicto tempore praefatae moratoriae idem Sesse neque in bonis neque in persona a praelibato Luca Gombau aliquo modo vexari aut molestari queat, et in consequentiam quod idem Sesse a carceribus ubi hodie mancipatus manet liberetur sicuti cum presenti liberari mandamus et neutram partium in expensis condemnamus¹⁹⁸.

198 A.R.V. Sig. 922. Caja 221.

SENATUS SENTENTIA, publicata per Daza, die 27. Octobris 1628, in favorem Jacobi Serrausta mercatori contra Ludovicum Prats

Attento quod dilatio quinquennalis concessa per Durand Montaña mercatorem Gallum Jacobo Serrausta mercatori in carceribus detento ad instantiam Ludovici Prats mercatoris remanet justificata in ocurrenti casu ex instrumentis et aliis meritis processus, et quod pro parte dicti Ludovici Prats non fuerunt talia deducta neque allegata (...) quae declarari non debeat prout infra. Idcirco et alias deliberationem et conclusionem in S. R. Consilio sumptam insequendo Pronunciamus Sententiam et Declaramus intentionem dicti Durandi Montaña remanere de jure fundatam dictumque Ludovicum Prats teneri, stare dictis induitiis quinquenalibus per memoratum Durand Montaña maiorem creditorem in quantitate concessis dicto Serrausta, itaut durante tempore praestatae dilationis eidem concessa neque in bonis neque in persona aliquo modo per dictum Ludovicum Prats vaxari, aut molestari queat, et quod consequenter dictus Serrausta a carceribus liberetur, sicut cum presenti liberari mandamus, et neutrā partem in expensis condemnamus, sed pro bistratis executionem fieri mandamus¹⁹⁹.

SENATUS SENTENTIA, publicata per Alreus, 1 Februarii 1640, in favorem Francisci Amella contra oppidum de Fortaleny villae et honoris Corbariae

... Et attento quod iuxta foros Regni maior pars creditorum mediante transactione sive concordia non potest impedimentum prestare creditori (...) ut experiri non valeat actiones virtute instrumenti census adversus comunem debitorem, et pendentia praedicta consultationis (cum non sit judicialis) obstare nequit extante foro et privilegio in eo concepto praedicta executioni instituta virtute praedicti omni centus praedictum Amella creditorem censuorum ex adversus concordiam praedictam se opponentem maxime attento statu executionis praedicta. Idcirco et alias deliberationem et conclusionem in S. R. Consilio sumptam insequendo Pronunciamus et Declaramus bene fuisse supplicatum per dictum Amella a praecalenda provisione et consequenter revocandam fore et esse ut cum presentis nostra Regia sententia revocamus et neutrā partem in expensas condemnamus²⁰⁰.

199 A.R.V. Sig. 4405. Caja 242.

200 A.R.V. Sig. 15774. Caja 122.